



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 32. Ejusdem Pontificis Bulla contra utramque Facultatis censuram.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

„dis, omnium Parliamentorum, om-  
„niumque Regni Universitatum, tan-  
„tumque absit, ut Facultas propterea  
„condemnari possit, sed potius, ut in  
„his sententiis perseveret, potenter ex-  
„citanda sit.„

Sæc. XVII.

A.C. 1664.

## §. XXXII.

*Ejusdem Pontificis Bulla contra ut-  
ramque Facultatis censuram.*

Hæc agendi ratio brevi innotuit Ale-  
xandro VII. Pontifici, qui Facul-  
tatis censuras regia auctoritate, revo-  
cari desperans, illas omnino nullas,  
irritasque declaravit, eandemque in  
rem die vigesima quinta Julii Bullam  
edidit, cuius summa hæc est: „No-  
„tatæ fuerunt censura præsumptuosa  
„ex duobus libris aliquæ propositiones,  
„eæque præsertim, quæ ad Romani  
„Pontificis, & sanctæ Sedis Aposto-  
„licæ Authoritatem, Episcoporum ju-  
„risdictionem, parochorum munus,  
„privilegia a sancta Sede concessa, Di-  
„spensationes Apostolicas, actionum-  
„que moralium regulam pertinent, &  
„aliæ, quæ & gravissimorum Virorum  
„Authoritate, & perpetuo Catholico-  
„rum usu nituntur. Et cum fieri non  
„possit sine publico Catholicæ Religio-  
„nis detimento, ut prædictæ Censuræ

,,in

G 4

Sæc. XVII., in commemoratis libris sine deb.  
A.C. 1664. „Ecclesiæ animadversione & dam-  
tione remaneant. „

„Nos, ut gravissimo scandalo, quo  
„inde Catholicis accidere posset, „  
„curramus, auditis suffragiis Cardini-  
„lium Inquisitorum &c. motu propri-  
„præfatas censuras uti præsumptuosa-  
„temerarias atque scandalosas Autho-  
„ritate Apostolica damnamus, & p-  
„damnatis haberi volumus, easque  
„nullius valoris, & roboris fuisse, „  
„cassas, & irritas esse declaramus  
„mandamus insuper, ne quisquam  
„Christi fidelibus eas approbet, „  
„publice vel privatim sequatur, docet  
„aut tueatur, neque illas alleget sibi  
„pœna excommunicationis nobis referat  
„vatæ. Prohibemus etiam typographi-  
„& Bibliopolis, ne has censuras in  
„primere vel vendere præsumant, „  
„bros quoque, in quibus præfatæ ce-  
„furæ continentur, vel approbantur,  
„sub eadem pœna prohibemus. Cen-  
„rum ulterius de præfatis Censuris ja-  
„dicium, deque opinionibus in prædictis  
„libris Jacobi Vernant, & Amada  
„Guimenii contentis, necnon de aliis  
„ejusdem Censuris expressis, sive  
„eis præmemoratae opiniones notentur  
„sive non, Nobis, ac sanctæ Sedi Ap-  
„stolicæ reservamus. „

§. XXXIII.